


7



~~14-11-51~~

Inc-127



**Aelii Antonii nebrissen,**  
**in uasre dicta filosoforum**

*in*  
**Diogenes Laertio**  
**potentis. Collecta**



Ad perquã Reuerendum in christo Iesu Patrẽ ac  
nobilissimũ dominum Do. Ioannem fonssecam pa-  
cẽsis Augustanæ ecclesiæ præfulem meritissimũ: Aelii  
Antonii nebrisseñ. grammatici in uafre dicta philoso-  
phorum ex diogene laertio potissimum collecta: præ-  
fatio incipitur: Lege foeliciter.

Cui prima nouos sacratæ sedis honores :  
Pax augusta dedit:quã secus ana fluit:  
o Hic est ille tuus:tuus inquã Antonius:olĩ  
Qui tibi grãmatices p̃ma elemẽta dedit  
Quem tibi custodem patruus dedit optimus:ille  
Qui fonssecarum gloria magna fuit.  
Quãuis maternus sit auunculus atq; paternus:  
Cardo quibus nomen pontificale dedit.  
Accipe Ioannes uestræ o spes altera gentis  
Carmina:que scripsi nomine pauca tuo.  
In quæ compegi sapientum dicta uirorum:  
Quos iactant græci:sermo latinus amat.  
Et quorum uitas cuncti mirantur,adorant.  
Nec sunt:qui nolint talibns esse pares.  
Tu tantum accipias:aliis ut dicere possim  
Assidue nugas te recitare meas.  
Accipias tantum:tu dehinc uel tradito flammis  
Mitior aut si uis esse:natare iube.  
Quod si noscendi ueniet tibi forte cupido  
Quale opus attulerim:ipse prologus docet.

Prologus ad eundem.

Ythagoras ille famius Pater Amplissime cuius fuit magnum in studio sapiētiae nomen: cum phliunta uenisset: interrogatus a Leonte phliasiorum tyranno quē se esse profiteretur: philosophus inquit sum. ¶ Is enim cū uideret alios eiusdem rei studiosos maxima quadam arrogancia sapientes appellari: quod intelligebat solum deum eo nomine censerī debere: se non sophon hoc est sapientem: sed philosophum id est amatorem sapientiae honestiori uocabulo praedicauit. ¶ Omnes igitur qui ante illum sapientiae studio incubuerūt: sophi. & post illum philosophi appellati sunt. ¶ Fuerunt autem ante Pythagoram complures & habiti sunt sapientes: sed quos graecia iactat: prope omnium consensu fuere septē. Thales milesius. Solon salaminus Chilo lacædæmonius. Pittacus mitylenæus Sias priennæus Cleobulus Lyndius. Periander corinthius Coepti sunt autem appellari sapientes: quod cum adulescentes ionii iactum rætis a piscatoribus emissent: essetq; inter illos de tripode aureo cum piscibus educto exorta contentio: nō antea inter eos conuenit: q̄ est delphos missum: respōsumq; ab apolline.

¶ De tripode ex phœbo quæris milesia pubes

Huic tripodem addico: cuius sapientia prima est.


Datur ergo Thaleti. Thales illum alii dat: atq; alius alii donec ad solonem uentum est: qui deum esse primum sapientia asserens illum delphos misit. Sunt qui Ana-



charsim scytham. Misonem chenæum. Epimenidem cretensem. Pherecydem syrum inter septem superiores a numerare uelint. & hi quidem omnes appellati in primis sapientes floruerunt circa olympiada quinquagesimam: hoc est ante salutem christianam anno circiter sexcentesimo. Philosophiæ uero duo principia fuere: alterum quod ab Anaximandro: alterum quod a Pythagora fluxit. Anaximandri Thales milesi præceptor fuit. Pythagoræ uero Pherecydes syrus Appellatumque est illud philosophiæ genus ionicum: quod Thales fuerit ex ionia. hoc autem italicum: quod illius auctor pythagoras in italia plurimum sit philosophatus. Erit igitur operis nostri liber primus: de iis qui proprie sapientes appellantur. Secundus de philosophis ionicæ philosophiæ. Tertius de italicæ philosophiæ auctoribus: non omnibus quidem: sed de illis tantum qui antiquitatis maiestatem obtinent.

Aelii Antonii nebrissen. in uasre dicta sapientium liber primus incipit

De Thalete milesio.

 Thales primus ex numero septem sapientium patre examy & matre cleobulin genitus patriam habuit phœniciam: postea uero ciuis miletis ascriptus est: uixitque annos nonaginta. Hic cum perseverasset cælebs: nepotem ex sorore filium sibi adoptauit.



Eius sententiæ sunt.

Duceret uxorem mater suadebat ephœbo :

Non dum est tempus ait: post modo tēpus erit.

Instabat rursus, cum iam foret acta iuuentus:

Quid mihi grādæuo est coniuge dixit opus?

Scitanti cur non natos generauerit: inquit:

Me nūquam potuit flectere talis amor.

Materiam rebus natiuis esse liquorem

Dixit: & ex illo cuncta creasse deum.

Quod uir nō mulier: quod homo nō bellua: qđ stirps

Græca foret: quod nō barbara lætus erat:

Cunctarum rerum deus antiquissima res est: } *deus quid*

Ingenitus quia sit: omnia cum generet.

Omniibus in rebus res est pulcherrima mundus: } *deus mūd. generat*

Hunc sibi quod summa fecerit arte deus.

Maxima res locus est: quoniam capit omnia solus.

Velocissima mens: omnia cum penetret.

Omnia quod superat uis est fortissima rerum.

Et sapiens tempus: cuncta quod inueniat.

Sermones raros eius qui pauca loquatur: } *pauca loqui quæ est bonæ*

Esse bonæ mentis significabat opus. } *mentis.*

A uita mortem parui referre putabat:

Cum male compacto corpore sensus abit.

Quæsiuit quisquam: cur non moreretur & ipse

Si mors ipsa nihil: nil quia distat: ait.

Alma dies an nox prior esset facta roganti: } *nox prior d' e facta.*

Ille refert: facta est nox prior una die.

An ne deum peccans fallat aliquando rogatus:

Nec tunc iste latet cum meditatur: ait.

Deprenso in mœcha quærenti an peieret: inquit.

Læsa fides non est peior adulterio?

Quæ res in uita foret ardua difficilisq̃:

Cum peteret quisquam: note se auton ait.

Quæ facilis contra rursus quærebat. & inquit

Ille: pericula cum nos aliena mouent.

Quærenti quæ res esset suauissima rerum.

Quæsitis inquit si potiare libens.

Cumq̃ rogaretur quid sit deus: intulit ille.

Cui neq̃ principum sed neq̃ finis adest.

Quam rem uidisset per raram difficilemq̃.

Cum periit sicca morte tyrannus ait.

Quo miser aduersos fortunæ perferat ictus.

Si peiore loco forte inimicus erit.

Tunc bene uiuemus foeliciter atq̃ beate:

Si quæ infectamur: non faciemus ait

Quis nam sit foelix: inquit qui corpore sanus.

Fortuna locuples. qui bonus & sapiens.

Absentis memorem tanquam præsentis amici

Esse iubebat eum quisquis amicus erat.

Non faciem colito fucis: non corpus amictu.

Sed mentem uirtus imbuat. arsq̃ colat.

Qua pietate patrem fueris matremq̃ secutus:

Illam etiam nati te resequentur ait.

Sexaginta annos habeo qui dixerat: inquit.

Quid tibi quod periit dicis habere miser?

Est sophiæ studium quidam exprobrauerat illi

Ignauum: quia nil utilitatis habet.

Sydera tunc cœli circūspicit: atq̃ ab amicis

*difficilissima inuita  
res est. seipsum  
noceat*

*deus quid.*

Que reddenda forent pauca talenta petit.  
Vnde subarravit mileti quidquid oliui  
Anni fertilitas exhibitura fuit.  
Facto deinde lucro: facile est sapientibus inquit  
Esse locupletes: sit modo cura sibi.

De Solone salaminio.

Olon excestidæ filius patriam habuit Salamina  
infulam contra athenas positam. Postea uero legis-  
tor atheniensium factus pisistrati tyranni dominationem  
fugiens in ægyptum nauigauit: atque deinde in cyprum:  
ubi diem suum obiit anno ætatis circiter octogesimo man-  
dans ut sua ossa in patriam salamina reportarentur.

Eius sententiæ sunt.

Qui erebat cræsus quis felix esset: & inquit

Expectanda dies ultima semper erit.

Ornatus gemmis ostroque insignis & auro

Cræsus ait: num res pulchrior ulla foret?

Quas ait ille auium ludens natura creauit.

Pauones. galli. phasides. atque merops.

Humanæ uitæ spacium digesserat annos

In decies septem: dehinc labor atque dolor

Impius. obscurus. malus. atque ignobilis esto:

A quo non fuerit passus uterque parens.

Et qui uersuram patrimoni fecerit olim:

Accusatori cuiuslibet esto reus.

Et qui nequicia famosus & indecor esset:

Ille tribunali reiiciendus erat.

Sermones operis quædam simulachra putabat.

Et qui polleret uiribus esse ducem.  
Et legem telæ similem dicebat arachnes:  
Quod cedit magnis: inferiora capit.  
Cur nõ scita tulit de confectore parentis:  
Quod desperasset hoc fore crimen ait.  
Tunc ius humanum minime uiolabere: si qui  
Læditur: & qui non læditur æqua dolet.  
Diuitiæ gignunt fatiem: fatiesq; superbum.  
Hic spernit leges iudiciumq; simul.  
Virtus ac probitas iuramento potior sit.  
Mentiri noli. fac meditare bona.  
Non inconulto fiat delectus amici:  
Nec cum lectus erit: reiiciendus erit.  
Consule quæ optima sunt: non quæ suauissima factu  
Tunc rege: cum primum sciueris ipse regi.  
Dux animus uitæ tibi sit. fortuna sequatur.  
Hæc animo semper pareat. ille regat.  
In primis uenerare deos. reuerere parentes.  
Si potis es: nūquam congregiare malis.  
Lugenti natum quidam nil proficis inquit.  
Ille refert: lachrymor nil quia proficio.  
Eius præcipue celebris sententia fertur:  
Seu chilonis ea est: nil nimis ut cupias.  
Ne forte qui tegant quod intus habebunt  
Odium: memento singulos probe serues:  
Dum uoce te alloquuntur ac tenent blanda:  
Ne lingua duplex ex atra sonet mente.

De chilone lacedæmonio.

Hilo patre damageto lacedæmonius fuit: p̄  
musq; non modo ephorus: quæ dignitas a-  
pud lacones eadem prope est quæ apud Ro-  
manos tribunatus: sed etiam qui primus instituit: ut  
ephoris regibus adiungerentur ad illorū iniurias in ple-  
bem temperandas. Obiit pisæ senex complexus filiū:  
quod in olympia fuisset coronatus.

Eius sententiæ sunt.

Iratus frater quod non foret ipse tribunus:

Percontabatur: quod tamen ille fuit.

Cuiusquam fastus tua ferre superbia frater:

Quod nūquam potuit: quos ego sæpe tuli.

Scitanti æsopo faceret quid iupiter: inquit

Extollit mites atq; superba premit.

In quo præstarent sapientes insipienti.

Ille refert. distant spe meliore sui.

Quæ res difficilis? reticere arcana. parare

Otia si possis. atq; superba pati.

Compescenda tibi semper plectoria linguæ:

Præcipue quando mensa parata tibi est.

Nec carpas alios: sed nec sermone laceffas.

Accipies aliter plura dolenda tibi.

Intentare minas noli. namq; esse minuti

Atq; pusilli animi. nec muliebri magis.

Promptius ad tristes casus ueniamus amici:

Ex uoto q̄ si res aget ille suas.

Est humilis coniunx modico ducenda paratu.

Nec maledicendum quos libitina sacrat.

Præcipue te ipsum catus obseruare memento.

Non contemnendos dein uenerare fenes.

Detrimenda feras potius: quàm turpe lucellum.

Hoc etenim semper lædere: at illa semel.

Arridere uiro quem res fecere secundæ

Elatum noli: crescat ut inde tumor.

Fortis mansuetus sic esto: proximus: ut te

Non tam formidet quàm uereatur: ait.

Exuperanda tibi propria est iracundia semper.

Discendumque domi rite præesse tue.

Cum mens depromat sensus interprete lingua:

Fac cures semper præmeditata loqui.

Execranda tibi sit diuination: siue

Vaticinantis erit: siue sit artis opus.

Difficiles factu res nunquam poscere debes.

Nec festinandum est: cum tibi fiet iter.

In medio sermone manus non est agitanda.

Non bene sensati namque putabat opus.

Iam promulgatis parendum legibus esse.

Atque bono ciui semper amanda quies.

Aurifices lydis explorant cotibus aurum.

Auro mens hominum sæpe probatur: ait.

Iacturam semper comitatur sponcio, sed qui

Litigat & debet: creditur esse miser.

## De pittaco mitylenæo.

**P**ittacus patre hyrradio mitylenen habuit patriam quæ urbs est lesbi insulæ: cuius tyrannum melanchrum profligauit. Phrynonē præterea ducem atheniensium (cum de achillitidis agri possessione certaretur) in singulari certamine implicitum ræti superauit: agrumque suis restituit. Cumque post uictoriam decem annos mitylenæorum remp. tenuisset: magistratu se abdicauit: decemque alios in super annos uixit. de quo Callimachus.

Hospes acarnites rogitauit pittacon olim

Sic mitylenæum hyrradioque fatum.

Magne senex geminæ cupiunt mihi nubere: quarum

Et genere atque opibus conuenit una mihi.

Altera præcellit, quid præstat consule: dicque

Vtra ex his potius sit capienda mihi.

Hic baculum tollens sic tela senilia dixit:

Consilium pueri quod petis expedient.

Quis celer in gyrum iactatus uerbere turbo:

Affiduo latis uertitur in triuiis.

I sequere illorum monitus, sic fatur, at ille

Scitatur, referunt: tu tibi sume parem.

Quæ postquam audiuit: monitus puerilibus hærens:

A magnis hospes abstinuit thalamis.

Atque parem paruas lætus traduxit in ædes.

Sic dion æqualem: si sapias ipse: cape.

Eius sententiæ sunt.

Ebrius & petulans si quenquam forte cecidit:  
Is duplici pœna turpiter acta luat.  
Signati argenti mittebat munera crœsus:  
Is tamen argentum noluit accipere,  
Addidit & causas: duplo quia plura teneret:  
Quam cupit: extincto fratre quod auctus erat.  
Est uirtutis opus res ardua difficilisq̃:  
Non facile est igitur cui libet esse bono.  
Omnia posse deum iussit quodcumq̃ uoluntas:  
Sed cursum fati non retinere solet.  
Et qui priuatus potuisset forte latere:  
Clara magistratus dat documenta sui.  
Quæsitus quondam quæ res foret optima: dixit  
Quod nunc occurrit: uita beata puto.  
Tunc non immeritas quærit uictoria laudes:  
Cum tua funesto sanguine bella carent.  
Quiq̃ uirum frugi quærendum dixerat: inquit,  
Si nimium quæras: non tamen inuenies.  
Ecquid gratificum quærenti tempora dixit.  
Quid foret obscurum: quod dea cæca paret.  
Quidq̃ fidele foret quæ sustinet omnia tellus.  
Quid contra infidum: quæ fluit unda maris.  
Est prudentis opus casus uitare futuros:  
Eortis cum feriant tristia: posse pati.  
Cum sis facturus quicquam: prædicere noli.  
Quod si non facias: mox habere leuis.  
Aerumnas aliis non exprobraueris unquam:  
Ne te consimilis forte querela premat.  
Depositum potius q̃ mutua reddere debes



Nec alium lædas: & si inimicus erit.  
Esto bonæ frugi. uerax. pius. atq; pudicus.  
Et follers. fidus. dexter. amicus ait.  
Illius in primis celebrauit græcia dictum:  
In quo mortales tempora nosse iubet.

De biante priennæo

Ianti pater fuit teutamus. patria uero priennæ  
ne. egit causas: mortuusq; ē: cū causā p amice  
co dixisset. Nā cū a dicēdi labore quieuisset:  
caputq; in sinu ex filia nepotis reclinaisset: audiuissetq;  
scdm eum cui patronus fuerat iudicatū: aiam efflauit.

Eius sententiæ sunt.

Aduersus nulli: cunctis affabilis esto:

Nam sic multorum est conciliandus amor.

Est ualidum corpus naturæ munus amicæ.

Si patriam serues id rationis opus.

Ne mireris opes aliorum. pluribus illas

Fortunam constat sæpe dedisse malis.

Infœlix ait est hominumq; miserrimus ille:

Fortunam aduersam qui tolerare nequit.

Quod fieri non posse putes: nec amaueris unq̃.

Alteriusq; malum fac meminisse uelis.

Ecquid difficile est quærenti: fortiter inquit

Rerum motus in deteriora pati.

Dum uehitur pelago nauim iactantibus austris

Clamabat faciles impia turba deos.

Pectore sedato cum sic ait ille: filete

Obsecro: ne uos hic uelificare sciant.

Contemptor diuum quærebat & impius olim  
Ecquid sit pietas? rettulit ille nihil.  
Miranti causam cur nam sic ille taceret  
Quæ nihil ad te rem pertinet inquit agis.  
Ecquid dulce foret scitanti: spes ait ille.  
Hæc recreat uires fessaq; mēbra leuat.  
Se quoq; malle duos inter censere inimicos  
Dicebat: q̄ si charus uterq; foret.  
Alter enim mihi sic inimicus forte paretur  
At uero ex illis alter amicus erit.  
Ecquid homo faciat gaudens aliquando rogatus  
Si quocumq; modo forte lucretur: ait.  
Fac ut sic miseræ disponas tempora uitæ:  
Ac si uicturus sic nimis: atq; parum.  
Sic & amandus erit: quem designabis amicum:  
Ac si post odio sis habiturus eum.  
Quod factururus eris cunctanter præmeditare.  
Et decreuisti quod semel arripies.  
Deq; deis ut sunt: sic te sentire decebit.  
Et bene sensa bonis esse loquenda tibi.  
Indignum quia sit diues laudare caueto.  
Et cape non uiolens: si quid habere cupis.  
A scribenda tibi sunt quæ male feceris unq̄:  
Quæ bene fecisti sunt referenda deo.  
Disce bonas artes miserisq; uiatica canis:  
Dicebat: firmas si tibi quæris opes.  
Cum patria capta uictor permitteret aurum  
Pro se quisq; uehat: solus inanis abit.  
Huic aliquis dixit cur exoneratus abiret:

Sapienter  
bonis seuis  
est.

Cum sic ille refert omnia porto mea.  
Nobilis illius fertur sententia: plures  
Ex hominum numero quæ putat esse malos.

De cleobulo lyndio.

Leobulus euagoræ filius ex lyndo urbe rhodi  
fuit: siue ut alii tradunt: ex caria insigni corporis  
specie atq; uiribus. Scripsit autem ænigmata atq; sen-  
tentias obscuras ad tria milia uersuum, quale est illud.

Est unus genitor, nati bona pignora bis sex,  
Triginta cui uis natæ: sed dispare forma:  
Hæ uiuæ aspectu: nigræq; coloribus illæ.  
Atq; immortales omnes moriuntur ad unam.

Eius sententiæ sunt.

Copia uerborum rerumq; inscicia uersat  
Mortales: tempus perficit: atq; sapit.  
Est mulier sensu: uirgo est ætate locanda  
Filia: moratam quod prius esse decet.  
Officio charum magis efficiemus amicum.  
Munere non charos demeruisse potes.  
Egressure domo tecum prius ipse uoluta  
Quid facturus eris: quid quoq; non facies  
Rettuleris cum forte pedem: tecum acta recense:  
Quid recti: quid non feceris ipse boni.  
Corporis est moles multa mercede domanda:  
Quod sibi: quod menti commoda multa parit.  
Nil audire nocet, nocuit semperq; nocebit:  
Cum sine delectu uerba loquentis eunt.

Blandiciis non est: nisi desipis uxor agenda.

Obiurgare tamen hanc sine teste decet.

Atq; hilarem uino seruum punire caueto:

Cum serui merces sit cibus atq; merum.

Quæ tibi sit dispar: uxorem ducere noli.

Affines dominos namq; habiturus eris.

Extollat ne te rebus fortuna secundis

Sed nec aduersis deprimat illa caue.

Fortunæ motus patienter ferre memento:

Præsertim si non culpa sit ulla tua.

### De periandro corinthio.

Eriander cypseli corinthiorum tyranni filius:  
& ipse quoq; eius urbis dominationē exercuit  
annis quadraginta. Obiit autem octogenarius. Hic p̄  
mus omnium satellitio stipatus ad corporis custodiā  
incessit. Sunt qui dicant alium fuisse periandrum sapi  
entem patria ambraciotam: alium uero corinthiorum  
tyrannum: itaq; ex cognomine ortum esse errorem ut  
tyrannus sapiens putaretur.

### Eius sententiæ sunt.

Nummorum causa studiosus nil facit unquam:

Cum sit turpe lucrum: nilq; decoris habet.

Qui tuto regnare uoles: annitere ne tam

Armatus miles: q̄ tueatur amor.

Fortē rogabatur: cure pergeret esse tyrannus:

Quando tyrannis erat sic odiosa sibi?

Respondit: quia non possum nō esse tyrannus:

Quod cui me credam nullus amicus erit.  
Dulce quies homini, temeraria uita periculis  
Obuia, sed domini pessima condicio est,  
Esse immortales idem dicebat honores,  
Nare uoluptates: atq; perire breui,  
Nec te dissimilem dulci præbebis amico:  
Siue fit is foelix: siue fit ille miser  
Redde fide summa quidquid promiseris ulli,  
Nec secretum animi prodere uerba finas,  
Non modo qui peccat: uerum peccare uolentem  
Puniat is iudex: qui bonus esse uolet.

### De anacharsi scyta.

Nacharsis scyta gnuri filius ex matre greca a  
quibusdam inter septem numeratus est. Is cū  
athenas uenisset: factusq; esset soloni familia-  
rissimus: in scythiam rediit: ubi cum patrias leges græ-  
cis mutare uellet: a fratre Caduido qui apud scytas reg-  
nabat: per speciem uenationis sagitta confixus interiit

### Eius sententiæ sunt.

Est mirum fertur dixisse quod inter achiuos  
Artifices certant, iudicat artis inops.  
Et quod lex qui se maledictis forte lacesunt  
Punit: & athletas censet honore deum.  
Tris uuas uitis fert quarum prima uoluptas  
Ebrietas post hanc tertia moesticia est.  
Quo pacto quisquam posset non ebrius esse

Forte rogabatur consiliumq; dedit.  
Qui nimio uino titubantia uerba notabit  
Et turpes motus: hic erit abstemius.  
Anne forent plures extincti q̄ perituri  
Ex hominum numero forte rogatus erat.  
Cum sic ille refert scitanti? dic mihi quæso  
Inter quos nauitas annumerare uelis?  
Cumq; insultaret iuuenis non forbuius illi:  
Sedato uultu talia uerba refert.  
Si temetum iuuenis non fers: dic pocula lymphæ  
Confectus senio qua râtione feres?  
Scitanti quæ nam est nauis securior: inquit  
Venerit in portus quæ sine labe suos.  
Dicenti nauem tenui constare tabella  
Id spacium nautis est mora mortis ait.  
*De lingua* & Ecquæ res homini foret optima. quæ mala rursus  
Quæ nocet aut prodest garrula lingua refert.  
Ex multis unum tibi delige cautus amicum:  
Ne tuus in plures languidis erret amor.  
Iudiciale forum res est fallentibus apta.  
Hinc & auariciæ maxima causa subest.  
Cuidam exprobrâti schyticis quod natus in oris  
Effet: respondit talia uerba senex.  
Nunquam est aut dabitur probro sua patria cuiquam  
Attice: tu probro semper eris patriæ.  
Fac tribus abstineas his. lingua. uentre. pudendis  
Ipsius inscribunt semper imaginibus.

## De Misonechenæo

Ison Strimonis filius patria chenæus & ipse  
a quibusdam inter septem numeratus. Nam  
& Plato in protagora illum pro periandro cō  
stituit. & apollinis oraculo sapiētissimus est iudicat⁹.  
Fuit autem quod ipsum nomē innuit mortaliū osor.  
uixitq; annos septem & septuaginta.

Eius sententiæ sunt.

Ille per æstatis mediæ graue tempus aratro

Aptabat stiuam, cui Anacharsis ait.

Ante diem properas o mison munus aratri?

Ille refert, properat u ennera nemo fatis.

De epimenide cretensi.

Pimenides phesti filius patria cretensis ex ui-  
co gnoso pro cleobulo inter septem numerat⁹  
sunt qui dicant hūc in antro obdormiuisse an-  
nos septem & quinquaginta atq; experrectum: cum re-  
rum omnium faciem miratus esset. a iuniore fratre iā  
uetulo agnitum esse. Sunt qui dicāt illum non obdor-  
miuisse: sed ad tempus secessisse. uixit annos .clvii:  
scripsitq; ī carmine opera complura: sed quod legerim  
nullū extat dictum: nisi quod paulus apostolus in epi-  
stola ad titum huius implorat testimonium illum ap-  
pellaus prophetam dicens.

Cretes ai pseuste caca theria gasteres argi

Quod carmen heroicum diuus Hieronim⁹ sic iterptat⁹

Cretēses semper mendaces. malæ bestiæ. uētres pigri.  
Nos uero addita metri necessitate in hūc modū.  
Cres semper mendax. mala bestia. uenter obesus.

De pherecyde syro.

Herecydes badis filius syrus natione a nō nul-  
lis inter sapiētes numeratus est. primusq; om-  
nium de natura rerum deq; diis scripsit. atq;  
ut Cicero thusculanarū quæstionum libro primo scri-  
bit: primus omnium dixit animos hominum esse im-  
mortales. Extat ad hunc Thaletis epistola in qua ostē-  
dit: se uelle ad illum nauigare: ut differētē de rebus di-  
uinis audiat. Perit consumptus phthiriasi hoc ē mor-  
bo pediculari. cuius tumulo huiusmodi epigramma  
scriptum est.

In me finitur sapiētia tota. quid autē  
Si plus pythagoræ nostro dicas: quia primus?  
Græcorum in populis non mentior ista locutus.

Aelii Antonii nebrissen. in uafre dicta  
philosophorum liber secūdus incipit.

Hilosophiæ ionicæ quemadmodum initio  
diximus auctor fuit Anaxymander Thaletis  
milesii discipulus. Anaxymandro successit  
Anaxymenes: cui Anaxagoras: atq; huic rur-  
sus Archela<sup>9</sup>: qui Socratē docuit: a quo ethica primū  
ē inducta. Socratis auditores fuere complures. Sed in  
primis Aristippus. Xenophon. Antisthenes & Plato:  
qui primus ueterem academiam instituit Cæteros qui  
sequuntur quia recentiores sunt: omisimus.



## De Anaxymandro milesio.

Naxymander patrem habuit praxyaden patriam  
uero miletum: cuius præceptor fuit Thales milesius  
quoque obiit diem suum quinquagesima  
octaua olympiade: cum ageret annum ætatis sexagesimum  
quartum.

Eius sententiæ sunt.

Esse infinitum primum nec posse moueri:

Principium: partes sed fluitare tamen.

Cælestem sphaeram est ausus describere, cuius

In medio tellus orbiculata foret.

Primus & errores lunæ sensisse putatur:

Quæ uario uultu fratris ab orbe nitet.

Primus & hic terris æquauit lampada phœbi.

Quodque idem puro purior igne foret.

Primus & hic radio descripsit gentibus orbem,

Fluminaque & montes oceanique sinus.

Huius opus gnomon & uasa horoscopa, namque

Indiscreta prius tempora lucis erant.

Hic tropicos primus docuit transuersaque signa.

Qua phœbus totiens itque reditque uias

Dum canit a pueris irrisus forte canendum est

Ob pueros inquit dulcius ergo mihi.

## De anaxymene milesio

Naxymenes eurystrati filius patria quoque milesia  
fuit: atque anaxymædri auditor pmenidisque  
natus est sexagesima tertia olympiade: obiitque

b. iii.

anno quo sardis captæ sunt.

Eius sententiæ sunt.

Non super terram: sed circum sydera ferri:

Atq; infinito ex aere cuncta facit.

Si metus impendet scrutari sydera cœli

Lætus anaxymenes qua ratione potest?

De anaxagora milesio

Naxagoras patre Hegefibulo patria uero Clazomenius anaxymenis auditor fuit. Qui cum suis omne patrimonium distribuisset: ad studium se philosophiæ contulit. Cumq; ab atheniensibus fuisset impietatis dānatus deinde absolutus Lápsum profectus est: ubi sexagesimo secundo ætatis āno diē obiit. Floruitq; in p̄mis olympiade septuagesima.

Eius sententiæ sunt.

Principio sylum & mentem præmiserat: unde

Omnia secreuit disposuitq; locis.

Dicenti patriæq; cur non sibi cura subiret:

Hinc cœlum monstrans inquit origo mihi est.

Dicenti num scis quon sis priuatus athenis.

Me sunt cecropidæ non ego cecropidis

Es damnatus ait. iam pridem dixit in omnes

Ius natura tulit: iudiciumq; simul.

Nuncius extincti me nati nil mouet inquit

Cum me mortalem progenuisse sciam.

Qua genitum causa se crederet esse rogatus.  
Scilicet ut cernam lumina clara poli.  
Lampfacios montes nunquid mare mergeret olim.  
Si non defuerint tempora merget: ait.  
Mausoli cernens ingenti mole sepulchrum  
Diuitiarum hæc est inquit imago noua.  
In patria in ferri num uellet cum moreretur:  
Aequum ait ad manes undiq; fiet iter.

### De archelao atheniensi.

Archelaus patrem habuit apollodorum patriam  
uero athenas præceptoremq; anaxagoram. Hic  
ex ionia primus athenas philosophiam iduxit  
eam quæ de rerum natura differit. Socratem instituit  
in ethice: quam cum ab illo acceptam propagasset inue  
nisse putatus est.

### Eius sententiæ sunt.

A iusto iniustum legem secernere, honestis  
Et non naturam turpia posse purat.  
Principium rebus posuit genitale calorem  
Qui tamen ex lento cuncta uapore creat.

### De socrate alopecensi.

Socrates alopecensis cognominatus a pago atti  
co sophonisci filius atq; archelai auditor fuit, du  
asq; uxores habuit xantippen ex qua lamporodem genuit.

& myrto ex qua sophroniscum & menexenū suscepit.  
Acherophonte uero apollo consultus respondit oracu-  
lum quod est in ore omnium: & quo mortalium So-  
crates sapientissimus iudicatur. Deinde accusatus ab  
Anito melito & lycone damnatus est mortuusq; uene-  
no sumpto: cum prius multa de animorum immortali-  
tate disputasset anno ætatis septuagesimo.

Eius sententiæ sunt.

Dicenti quidam tibi detrahit: intulit: an tu  
Mirabare loqui si bene non didicit.  
Dicenti rursus maledicit: non facit inquit:  
Cum nullum uideam crimen inesse mihi:  
Iurgia xantippes, clamorem, probracq; linguæ  
Ut declinaret: illo abeunte domo:  
Ipsius in caput scaphium diffundit ab alto:  
Spargit & urina coniugis ora sui.  
Huius ait ridens pluuiæ certissimus auctor  
Nimirum nobis ille tonitrus erat.  
Et cur tam patiens: illum iurgabat amicus:  
Et tam morosam cur pateretur: ait.  
Iam uelut ad trochleæ sonitus obcaluit auris.  
An seris & strepitum tu quoq; non pateris?  
Oua parit, pullosq; mihi creat utilis anser.  
At mihi xantippe pignora chara dedit.  
Et danti calces respondit fronte serena:  
Calcitro sic asinus ludere sæpe solet.  
Miranti dixit: si asinus me calce petisset:  
An ne in iudicium conueniendus erat?

Hunc iuuenis petulans pugnis & fuste cecidit.

Atq; illis facies undiq; tuber erat

Ille nihil contra sed tantum fronte notauit

Quis pinxisset opus, cuius imago foret,

Alterius iuuenis pugno percussus abibat:

Quippe uolens tantum dissimulare nefas.

Ore renidenti sibi tunc ait esse molestum

Se nescire domo cum galeatus eat.

Scitanti quid agat: dum ferus obambulat inquit.

Condimenta cibus se pedibus terere.

Et se quærenti ciuatem diceret esse:

Sum mundanus ait, mundus & est patria.

Ingentem foelix aream donabat amicus:

In qua permagnam poneret ille domum.

An tu si uaccæ corium inquit forte dedisses

Calceus ut fieret hinc mihi num capiam?

In celebri sexum mercato uoluere cœpit:

O bene tam multis quod mihi non sit opus.

Proximus aiebat diis immortalibus ille est:

Se perquam paucis quisquis egere putat.

Præterea ex gustu petitur cui uera uoluptas:

Non exquisitis indiget ille cibus.

Atq; alios tantum dicebat uiuere ut essent:

Attamen ut possim uiuere dixit edo

Dum uocat ad cœnam conuiuas: exiguiq;

Xantippen sumptus dispuduisset: ait.

Si fuerint frugi mediocris cœna iuuabit:

Qui petulans ad nos pertinet ille nihil.

Solus ait bonus est: cuius sapientia fulget.

*geni. splendor*  
Solum ignorantem credidit esse malum.  
Non generis splendor: neque opes famulantur honesto  
Quin etiam multis causa fuere mali.  
Carpenti cuidam quod origo antisthenis esset:  
Ex patre cecropio matremque thraicia:  
Tu ne duos ciues ortos respondit athenis  
Tam clarum censes progenuisse uirum.  
Discebat fidebus dicens: dum tempus habebis  
Fac ne quod nescis discere te pudeat.  
Principium facti dicebat maxima res est.  
Idque scio solum: quod nihil ipse scio.  
Et qui poma sibi redimunt precocia magno:  
Desperare suo tempore posse frui:  
Ecquæ sit uirtus iuuenis aliquando rogatus:  
Respondisse ferunt: nil nimis ut faciat.  
An ducenda uiris uxor sapientibus esset.  
Vtrum uis egerint poena sequetur ait.  
Artifices inquit scabro de marmore signum  
Contendunt ueris assimilare uiris:  
Illud dissimulas: illud quoque negligis: ut sis  
Nec lapidi similis nec uideare rudi.  
A speculo iuuenem censuram ferre iubebat:  
Oraque conspiceret qualia cumque forent.  
Et si turpis erit formetur moribus aptis:  
Dignaque se faciat: si speciosus erit.  
Cum sim tam pauper quidam dicebat amicus:  
Et nil possideam me tibi dedo libens.  
An tu non censes totum cum te mihi tradas  
Quod tradas inquit maxima quæque bona.

Tertia te phthiæ tempestas læta locabit  
Quidam ait in somnis uisus adesse sibi  
Prædixisse suo cuidam tunc fertur amico:  
Quod tris ad dies interiturus erat.  
Cecropidis illum morti damnantibus inquit:  
Et uos fata simul imperiosa trahent.  
Cum precii magni uestem donaret amicus  
Qua sepeliretur: dumq; recusat: ait,  
An mihi dum uiuo uestis mea conuenit: atq;  
Apta est: defuncto congruet illa minus  
Damnato iniuste moreris cum diceret uxor.  
Ille refert, iuste me cupis ergo mori.

#### De xenophonte archiæo.

Enophon patre gryllo patria uero archiæus ex  
pago attico discipulus fuit Socratis. Floruitq;  
nonagesima quarta olympiade atq; obiit corin  
thi iam grandis natu.

#### Eius sententia est.

Ille coronatus dum sacrum reddit ad aras  
Accepit grylli funera acerba sui.  
Atq; ita deposita fertur dixisse corona  
Iam scio mortalem progenuisse mihi.  
Sed postquam audiuit pulchre cecidisse: coronam  
Delapsam capiti composuisse suo.

## De aristippo cyreneo.

Ristippus patriam habuit cyrenas urbem libyæ preceptorem uero Socratem. Qui quâquâ in uoluptate summum bonû posuisset: ita præsentibus fruebatur: ut non multum absentes quæreret uoluptates. Vnde extat in illum platonis dictum: tibi soli & chlamydem & pannum ferre datum est. Illû diogenes canem regium appellabat. Fuit enim dionysio syracusanorum tyranno q̄ familiarissimus.

### Eius sententiæ sunt.

Cum cynicus tractaret holus: sic prætereuntem  
Cœpit Aristippum carpere more suo.  
Si placare famen tibi uentris oluscula possent:  
Turpis adulator nullius esse uelis.  
Ille refert contra si scires regibus uti:  
Non tua serdidior tergeret ora cibus.  
Cum drachmis centum sibi perdix emptâ fuisset:  
Visaq; res cuidam luxuriosa foret.  
Ille ait, ergo tu nec assem fortasse dedisses.  
At mihi drachmæ centum unius assis erant.  
Iactatus pelago dum nauigat ille corinthon:  
Perspicuo memorant expaluisse metu.  
Huic aliquis uector: cur palles morte futura:  
Cum nos iudocti nil timeamus? ait.  
Non similes nostrum curæ sunt dixit utriq;  
Pro sapiente mea est pro nebulone tua.  
Forte fuit nauis piratæ qua ueheretur:



Idq̄ mari summo nec tamen ante uidet.  
Tunc quasi dinumerās argentū promptit ab arca:  
Et sibi damnofas in mare iecit opes.  
Ac gemitu simulans minime cecidisse uolenti  
Hæc secum tacita mente putasse ferunt.  
Præstat aristippi fortunas ire per altum:  
Quam quod aristippus propter eas pereat.  
Ecquid amiciciam uoluisset inire tyranni  
Edoctus sancto Socratis ingenio?  
Litterulis inquit uacuis me contuli ad illum  
Nunc uero nummis huius amicus ero.  
Quid ue syracufas ueniat quære te tyranno  
Hospes aristippus talia uerba refert.  
Ut quæcūq̄ habeo tibi largiar optime princeps:  
Et quæ non habeo rursus ut accipiam  
Deq̄ tribus scortis cum permittente tyranno  
Vnum quod uellet sumeret inde sibi:  
Ille domum lætus tris secum duxit, & inquit  
Hec paridi tutum displicuisse duas  
Conspueret uultus hominis cum forte tyrannus:  
Næc aliquis dixit tu tolerare potes:  
Ut sit præda refert: te spargit gobiis unda.  
Ut balena mihi: sputa ego non patiar:  
Purpurea iussit cunctos in ueste tyrannus  
Saltare: id tantum se plato ferre negat.  
Sumit aristippus uestem: saltansq̄ pudici  
Et festis bacchi non uitiantur: ait.  
Dumq̄ petens aliquid pateretur forte repulsam:  
Ille dionysi procidit ante pedes.

Idq; ipsum iurgatus ait: non tam mea culpa est:  
Quam quod sunt aures principis in pedibus.  
Cum peteret nummos: memini te dicere quondam.  
Qui sapit: externis non eget ille bonis.  
Inquit aristippus da nunc, cumq; illa dedisset:  
Rurfus ait, iam me cernis egere nihil.  
Qui uenit liber: fit seruus in arce tyranni.  
Non fit seruus ait: si modo liber erat.  
Reprensus nummos quod ceperit, at plato librum.  
Inquit ego nummus: indiget ille libro.  
Egregias ædes asarotaq; uermiculata  
Monstrantis faciem conspuit ille phrygis  
Addidit & causam dum collustrauerat ædes  
Sordidior uisus quod foret ille locus.  
Diuite iam facto præceptor dixerat illi  
Vnde tibi tantum est? pauca ait unde tibi.  
Quid sibi contulerit sapientia forte rogatus:  
Omnibus ut possim dicere quæq; uelim  
Illius immodicos sumptus carpebat amicus:  
Et quod uestis erat tam preciosa sibi  
Si mala sunt inquit cur hæc in templa deorum  
Admittunt: fieri relligioq; iubet?  
Scitanti quid habent sapientes amplius: inquit  
Si tollas leges: possumus esse boni  
Limina cur diues nunquam sapientis oberrat:  
Diuitis at sapiens limina sæpe terit?  
Quod quibus indigeat sapiens bene nouit, at ille  
Nescit quid sit opus: nec quibus indigeat.  
Diuitis indocti sapiens cur limina uexat:

At contra diues non sapientis ita.  
An quia respondit ferat ut medicamina morbo  
Aegrotū medicus uifere sæpe solet?  
Non tamen idcirco quisquam tam perditus esset  
Vt languere magis q̄ medicare uelit  
Doctus ab indocto quo distat? intulit ille  
Quo frenatus equus distat ab indomito.  
Rursus ab indocto doctus quo distat: utrūq;  
Mittis ad ignotos experieris ait.  
Cum tamen intraret ueteri centone lupanar  
Et iuuenem quendam dispuuisset ait.  
Non intrare pudet inscriptæ nomina cellæ.  
Sed regredi tandem non potuisse pudet.  
Hunc quoq; dum probris iurgator forte laceffit:  
Et fugientem illum persequeretur: ait.  
An mihi non liceat te non audire loquacem  
Si male dicendi copia facta tibi est?  
Iactanti cuidam se plurima quod didicisset:  
Talibus exemplis consuluisse ferunt.  
Ceu pugil exercet nitidæ qui membra palestræ  
Plura uorat sed nō rectius inde ualet:  
Sic qui plura legit: qui non aptissima carpit  
Doctior idcirco non erit ille mihi.  
Illius orator causam qui uicerat: inquit  
Socratis ingenium quid tulit ergo tibi?  
Vt que pro nobis habita est oratio dixit  
Moribus effeci uera sit illa nimis.  
Et cur in propria conduxit rhetora lite?  
Et cum cœno locat se mihi sæpe cocus

Est aliquis dixit mihi filius arte docendus  
Egregia: sed quid proderit illa sibi?  
Et si nil aliud dixit ludicra theatri  
Spectans non saxum saxeus ille premet.  
Cumq; alius gnatum instituendum traderet inquit  
Quingentas drachmas si mihi tradis agam.  
At tanti seruus poterit constare uolenti.  
I mercare tibi si cupis esse duos.  
Iactator quidam nimium sibi forte placebat  
Quippe quod enandi doctus in arte foret.  
Nonne pudet laudem te dixit quærere ab arte  
In qua delphini gloria maior erit?  
Quod nimio uino potus nunquam ebrius esset  
Iactanti: hoc inquit mulus & ipse facit.  
Culpatus quondam quod haberet laida: dixit  
Me non lais habet: sed tamen illa mihi est.  
Namq; uoluptates uincendas esse: sed usus  
Non tamen illarum reiiciendus erat.  
Ex te concepisti meretrix dicebat, at ille  
Vnde hanc compertam rem tibi dixit habes?  
An tu per spinas incedens dicere posses  
Vnam ex his monstrans punxerat illa pedem?  
Quærenti natum cur pellat: sic quoq; multa  
Pellimus ex nobis quæ generantur ait.  
Namq; pediculus & pituita capillus & unguis  
Ex me gignuntur proiicienda tamen.  
Fertur & a quodam reprehensus forte: quod illi  
Conuictus turpi cum meretrice foret.  
Num refferre putas nauis noua te uehat inquit

An quæ iam plures uexerit ante uiros.  
Respondente parum uel nil distare. quid ergo  
Adme pertineat: uirgo sit an mulier?  
Quærenti qualis fuerit mors socratis: inquit.  
O me foelicem si mea talis erit.  
Dum carpit luxum conuiuia polyxenus: ille  
Paulisper cum se continuisset ait.  
An ne potes nobis conuiuia recumbere lætus?  
Ille refert: possum si modo posse datur.  
Ergo uoluptates non tam reprehendis amice  
Quam nimios sumptus quod mihi cœna facit.  
Immodici sumptus illum in simulante tyrannos:  
Nonne dionysi uita probatur ait?  
Lautius at multo me uiuit: nec tamen illi  
Ad bene uiuendum splendida uita nocet.  
Ultimus in cœna iussus discumbere dixit.  
Per me splendidior hic erit ergo locus.  
Atq; uix comiti sibi ferre uiatica sueto  
Pondere nummorum cum præmeretur: ait.  
Proiice quod nimis est: ad sumptus pauca teneto  
Nam res est nobis quantulacumq; fatis.  
Cur si mercaris chrysendeta deligis aurum:  
At uitas hominum non ratione probas?  
Quærenti quæ nam pueros ediscere oportet  
Qualiacumq; refert sunt profutura uiris.

De antisthene atheniensi.

Antisthenes patria atheniensis patre gētili p̄cep-  
torē habuit initio gorgiā Leontinū: deinde So-  
cratē. Hic quēadmodū in Socrate diximus ex

matre fuit thraicia cum pater atheniensis esset. Hic pri-  
mus cynicā instituit sectā princepsq; in ea fuit. Obiit  
morbo quo tempore ingressus ad eum Diogenes cum  
sica dixit: nunquid amico opus est? Cui ille quis me  
inquit doloribus absoluet? Cynicus ostēsa sica hæc in-  
quit. & ille doloribus dixi: non uita. Videbatur enim  
mollius perferre morbum amore uitæ

Eius sententiæ sunt.

Cecropide quodam iactante quod indigena esset:

Non es dixit eo nobilior cochlea.

Cumq; sibi quondam uitio fortasse daretur:

Ingenuus quod non esset uterq; parens:

Ille duobus sed nec luctatoribus ortus

At sum luctator non mediocris ait.

Dii faciant ut me potius dementia uerset:

Quam moueat sensus tetra libido meos.

Dicebat talis ineunda est fœmina: cui tu

Non multum: multum debeat illa tibi •

Si pulchram duces uxorem: publica fiet.

At si deformem: pœna sequetur: ait.

Scitanti an sapiens uxorem duceret: inquit

Dic mihi num sapiens iudicor esse tibi?

Annuit ille quidem. tunc infert. ergo ego duxi

Uxorem: nec me pœnitet esse uirum

At iuueni qui se tradebat forte docendum:

Dum quib<sup>9</sup> esset opus. quæreret: ille refert.

Nempe nouo libro graphioq; nouaq; tabella:

Forte uolens animum significare rudem.

Cumq; accepisset sibi detraxisse platona:

Et male rex audit: cum bene fecit: ait.  
Cur in discipulos sic acriter inueheretur.  
Et medici si quos forte secare uolunt.  
Et cur tam pauci tibi sunt: argentea uirga  
Quod procul a me illos exagitare solet.  
Deprensus fugeret cum mœchus: paruo ait ære  
Infoelix poteras quanta cauere mala?  
Incurras potius coruos q̄ blandiloquentes.  
Hi uiuos: illi quæ periere uorant.  
Ecquæ res homini in uita foret optima rerum  
Quærenti: foelix si moriaris ait.  
Prototypum amissum cum deploraret amicus:  
In quod contulerat: quæ memoranda forent.  
Illa quidem menti dixit mandare tenaci  
Non chartis debes quæ superesse cupis.  
Carpitur ut quondam scabra rubigine ferrum:  
Inuidus ipse sua rumpitur inuidia.  
Immortalis eris omniq; ex parte beatus:  
Si caste & iuste uixeris atq; pie.  
Cumq; inter ciues nullum discrimen habetur:  
Tunc urbs exitio est interitura graui  
Dicenti plures te laudant: quod scelus inquit  
Admisi: ut uidear pluribus esse bonus?  
Est muro fratrum conuictus firmior omni:  
Si modo concordēs unanimesq; foret.  
Illa paranda tibi sunt sola uiatica: quæ si  
Naufragium facias: te comitentur: ait.  
Quærentiq; malis cur olim congregeretur:  
Et medici ægrotis: sed neq; febricitant.

Vt lolio messes purgatas: sic quoq; & urbes  
Non bene moratis ciuibus esse decet.

Quid sibi contulerit sapientia forte roganti.

Semp ait mecum posse notata loqui:

Quæ doctrina foret magis opportuna rogatus.

Imprimis inquit dedidicisse mala.

Delicias cuidam laudanti: uita ait ille

Hostibus eueniat dediciofa meis.

### De diogene sinopæo

Iogenes patrem habuit Icesium mensarium. pa-  
triã uero sinopen ponti urbem: præceptorẽ ue-  
ro antisthenem. Fugisse autem dicitur cum pa-  
tre: quod cū publice mensã haberet pecuniã falso signa-  
uit. Primusq; panno duplici pera & baculo atq; dolio  
fictili pro domo usus est. Obiit prope nonagenarius  
corinthi quo die Alexander magnus babylone.

Eius sententiæ sunt.

An ne uiros usquã uidisset: sola uidendos.

Sparta dedit pueros: græcia nulla uiros.

Carpebat multos quod auari iidemq; biformes

Culparent nummos diligenterq; simul.

Et qui laudabant ofores diuitiarum:

Atq; imitantur eum qui sibi quærit opes.

Diuitiis certant & honoribus accumulari

Mortales: nemo cogitat esse bonus.

Necnon grammaticos carpebat: quod mala ulyssis

Lugentes: possunt dissimulare sua.



Atq; mathematicos quod solem & clara tuentes  
Sydera: negligereut quod foret ante pedes.  
Cantores etiam taxabat: quod male mores  
Concordant animi: conueniatq; lyra.  
Atq; oratores quod ab omni parte laborant:  
Cum minime faciant: iusta & honesta loqui.  
Dum captus uenit: quid sciret forte rogatus.  
Ingenuis dixit imperitare uiris  
Tunc ad præconem: dic inquit uoce sonora  
Quis dominum precio uult sibi ferre domū.  
Cumq; illum stantem prohiberet mango sedere:  
Quoq; modo iaceat piscis emetur: ait.  
Testacei uasis rimas crepitu digitorum  
Explorant homines ne capiantur ait:  
Cum redimunt seruos non curant: ne capiat se  
Sola hominis facies multiplicesq; doli.  
Et digito monstrans peregrinum: dixit amice  
Huic me uende p̄cor: cui opus est domino.  
Emptoriq; suo dixit: parere necesse est  
Te mihi: quem possis uendere tu dominus.  
Namq; gubernator seruus medicus quoq; seruus  
Hic ægris nautis imperat ille suis  
Cūq; soluturos p̄cium profitentur amici:  
Quo sibi libertas restituatur: ait.  
Stulti qui reputant homini parere leonē  
Non potius dominis imperitare suis.  
Nāq; feræ proprium pauidos terrere magistros  
Et domini seruum pertimuisse minas  
Quo pacto uellet sepeliri? cum moreretur

Quærenti dixit: pronus & in faciem.  
Scitanti rursus causam: quia funditus inquit  
Inuertenda breui tempore cuncta forent.  
Ecubi quærenti moriturus uellet humari  
In medio dixit mēbra iacere sine.  
Alitibus ne iubes exponi turpe cadauer?  
Quo uolucres abigam: me prope fustis erit.  
At sentire nihil poteris tunc mortuus, ergo  
Nil mihi sensuro quid laniatus obest.  
Heus homines quondam magno clamore ciebat.  
Cumq; illuc plures congregarentur: ait.  
Ast ego certe homines: nō purgamenta uocaui.  
Nam mihi uos homines nō fatis esse liquet.  
Iamq; senescenti cum quidam diceret: heus tu  
Parce senectuti: teq; labore leua.  
In stadio dixit: currenti iam prope metam:  
Laxandus cursus an properandus erit?  
Cumq; peregrini cuperent demosthenis ora  
Conspicere: in illum porrigit is digitum:  
Qui medius numero ex omni famosus habetur.  
Atq; ait: en uobis rhetora cecropidum.  
Cum medicos, urbis rectores, & sapientes  
Conspiceret: dixit: nil homine est melius.  
Cum coniectores, uates, atq; ambitiosos:  
Nil homine est rursus dixit inane magis.  
Vilia dicebat magno uenire frequenter,  
Et paruo rursus qua preciosa forent.  
Milia nāq; parant statuam tibi: cum tamen ære  
Paruo frumenti tessera possit emi.

Quærenti quo sit prandendum tempore: cum uult.

Diues ait, pauper tempore quo poterit.

Forte manus puer in speciem formauerat ambas

Cotylæ: & epuro fonte bibebat aquam.

Tunc uase ex pera proiecto: uilius inquit

Dum bibit est uisus nos superasse puer.

Cum puerum rursus perfracto uase uideret

Lentè pane cauo sumere forte datam:

Proiicit & lancè studio p̄motus eodè.

Atq; ait hic sumptus nempe minoris eget.

Cunctumq; olim megaris puerorum corpora nuda

Pellibus & tectas forte uideret oues:

Ergo uillosæ pecudis præstantior inquit

Proles quisq; uiri q̄ megarésis erit.

Huic apricanti macedo cum obsisteret inquit

Ex me diogenes ecquid habere petis?

Ille nihil tantum paulo absis: inquit amice)

Nam mihi apricanti quam facis umbra nocet:

Magnus alexander ego sum, rex deniq; regum

Ast ego diogenes maximus ille canis

Subdit alexander: num se fortasse timeret.

Dic mihi cui cynicus num bonus an malus es?

Rettulit ille bonus, cynicus tunc intulit: ergo

Si bonus es nulli nèpe timèdus eris.

Tunc macedo comites affatus ait: nisi quod sum

Magnus alexander esse uelim cynicus

Differeret quidam cum de cælestibus: heus tu

Dic ait e coelo nunquid amice uenis?

Scitanti causas cuidam cur palleat aurum:

Illi quod plures infidiētur: ait.  
Cum murem ad mensas irrepere forte uideret:  
Inquit: diogenes & parasiton habet.  
Dum uetulæ immodicam uult tollere religionē:  
Prona quod in faciē procidit ante deos:  
Nonne uides mulier cum sint iouis omnia plena:  
Quod uertas inquit terga inhonesta deo?  
Ex illo quondam magno quære te philippo:  
Quas artes aut quē te profiteris? ait.  
Explorator ego infatiabilis ambitionis:  
Atq; tuæ uerus testis auariciæ.  
Narranti uitam Callisthenis esse beatam  
Quod conuiuia frequens regius esset: ait.  
Imo est ille miser: qui cœnat quando uidetur  
Non sibi: sed regi cuius amicus erit.  
Quo ducenda uiris uxor sit tempore, nondum  
Est iuueni: nullo tēpore habēda seni.  
Quid uis accipe: ut colapho te cædere possim?  
Dicēti: galeam qua excipiatur: ait.  
Et se comēti maribus si pecteris inquit:  
Vanus es, at nequam foemina si petitur.  
Forte puer roseo suffuderat ora rubore.  
Confide hic ait est in probitate color.  
Ismenias quodam narrante quod optimus esset  
Tibiicen: dixit pessimus ergo uir est.  
Et pcontanti quod uinum suauius esset:  
Si quod ait nullo constiterit p̄cio.  
Cumq; duos rabulas cernens damnaret utrūq;  
Hic iam furatur: nondum ait ille: potest.

Complures illi quidam dicebat amicus:

Te rident, at non rideor inquit ego.

Viuerē nempe malum est dicenti: uiuere certe

Non mala res dixit: sed mala uita malum est.

Dicenti seruum fugitiuum quæreret: utq̃

Magna illum cura persequeretur: ait.

Ridiculum: seruus sine me cum uiuere possit:

Non sine seruo me uiuere posse putes.

Quali natura canis esset: cum rogaretur:

Si fatur acris ait: blandus at esuriens.

Cum iurgaretur signasse minusmata falso:

Ille exprobrantis uerba refellit ita:

Olim qualis ego fueram: tu pessime nunc es.

Tu sed eris nullo tempore qualis ego.

Cur coram multis manducet sæpe roganti.

Quod coram multis sæpe ait esurio.

Magnificas myndi portas urbem quoq̃ paruam

Cernens myndenses talibus alloquitur.

O prohibete nefas, & portas claudite, nam sic

Mœnia per portas egredientur: ait.

Cur potius cæcis & claudis q̃ sapienti

Impendunt homines: forte rogatus erat.

An quia se potius mendicos q̃ sapientes

Respondit fieri posse aliquando putant?

Profectus spartam cum forte rediret athenas:

Scitanti cuidam quo bone & unde uenis?

Scilicet a maribus dixit se nempe redire:

Fortibus atq̃ uiris: ad muliebre genus.

Cum peteret faxis populum de fornice natus:

Ne patrem ferias inquit amice caue.  
Turba canem prudentem illum cum diceret: inquit  
Qui me circumstant sunt magis ergo canes.  
Cū dominus domui inscripisset: res mala nulla  
Huc intret: dominus qua ingrediatur? ait.  
Cumq; deis sapiens sit amicus: cuncta deorum:  
Atq; ta choena philon: hæc sapientis erunt  
Dumq; aliquis motum cum disputat: esse negaret.  
Ille mouens artus: en ego ait moueor.  
Atq; cauillanti quod haberet cornua: frontem  
Ille manu tractans: non ait illa premo.  
Conuiuus coram calcans aliquando plato nis  
Puluinar fastum calco platonis ait.  
Cui plato diogenes fastu maiore superbis.  
Dum fastum fastu uincere posse putas.  
Iurgabat plures: quod pro ualitudine sacrum  
Cum facerent: contra uota salutis edunt.  
Laudabatq; uirum sibi qui cum ducere uellet  
Vxorem: nullo est tempore ducta domum.  
Et qui monstra maris præciosa pericula mundi  
Visurus: nunquam nauigat ille tamen.  
Quiq; gubernandos audet sibi poscere ciues.  
Et rem communem: nec moderatur eam.  
Cur homines certant de lana sæpe caprina:  
Dicebat: ne qua sint ratione boni?  
Affectus ratio superet. fiducia sortem.  
Naturæ lex est obiicienda uiris.  
Et bona fortunæ cunctos optare: quod essent  
Velamen uitii sed per inane suis.

Cumq; sagittator lentos male flecteret arcus:

Ad scopon accedens ne feriamur ait.

Cur mendicaret non mendicante platone

Quærenti cuidam protinus ille refert.

Ille quidem mendicat sed mendicat in aurem

Viueret ne quis eum mendicitate putet

Quærenti cuidam nunquid mors est mala? dixit.

Quam non sentimus qui licet esse malum.

Doctrinam pueris dicebat sobrietatem.

Solamen si quos dura senectæ premit.

Ornamenta suis opibus locupletibus esse.

Pauperibus certas esse ferebat opes.

Atq; oculum medicus dum curat forte puellæ:

Ne uitietur ait tota puella caue.

Si prandere nihil quod turpe est continet. ergo

Nec prandere palam res inhonesta foret

Et iuueni pulchro sed turpia uerba loquenti:

Stringitur ex ebore plumbeus ensis ait.

Monstranti gladium sibi quem donauit amator.

Ensis ait pulcher: turpis at est capulus.

Laudanti quædam sibi qui benefecerat: inquit

Cur me non laudēt qui merui accipere.

Atq; palam coenans utinam mihi iure liceret.

Perfrictō dixit uētre carere fame.

Quid tibi dicēti sapiētia contulit? ut sim

Omnes ad casus usq; paratus ait:

Signeret ut gnatos faciēti sacra: quid inquit

Non ut sint frugi tu quoq; sacra facis?

Turpia dicenti quid adis loca: sol quoq; turpes

Secessus intrat: nec maculatur ait.  
Dicenti infidias tibi nectit charus amicus:  
Ne fallare caue, talibus ille refert  
Quid facias: si te nec amico fidere oportet:  
Utendumque illo est ac si inimicus erit?  
Laudanti puerum patri: qui dixerat hic est  
Ingenio & uera simplicitate bonus.  
Hunc doceas, cynicus sic intulit, heus bone talis  
Quicumque est monitis non eget ille meis.

Latonis patria & parentes notiores sunt quam ut  
cuique demonstrari debeant: quanta propterea uitae inte-  
gritate fuerit: omnes testantur. Scripsit libros de phi-  
losophia complures: quorum plerique quae adhuc extant nihil  
ex illis excerpimus: quin potius lectores ad ipsum aucto-  
rem mittimus: pauca tamen illius dicta non potuimus  
dissimulare, ea sunt.  
Est iniusticiae cumulus: si pessima uita  
Cum tibi sit: cures ut uideare bonus  
Et qualis princeps ait est: talis quoque ciuis.  
Nam mores domini subditus omnis habet,  
Non solum nobis sumus orti: quae geniturae  
Nostrae pars patria est pars & amicitiae.  
Nec patriam aut patrem fas quendam cogere, nam sic  
Res nulla est tanti quam uiolenter agas.  
In re communi tantum contendere debes.  
Que possis ciui persuadere tuo.  
Cum fuerint ciues sapientes esse foelices.  
Aut si contigerit a sapiente regi.  
FINIS.



In Vafre dicta philosophorum  
Antonii nebriffen. glossemata.



**D**Acensis augustanæ) a pace augusta lusita-  
niæ colonia q̄ nunc badaioz. Vafre dicta)  
i. callide & acute. Ex diogene) qui uitas phi-  
losophorum græce descripsit. Potissimū)  
quia etiā ex aliis auctoribus collegit. Sacratæ sedis).i.  
episcopatus. Ana) fluuius qui pacē augustā præterlabi-  
tur. Antonius) qui fuit tibi præceptor. Custodem) quē  
græci pædagogum appellant. Patruus) alphonfus fon-  
seca archiepiscopus hispalensis. Maternus auūculus).i.  
frater auix tuæ maternæ cardinal' ostiensis. & paternus  
i. auix tuæ paternæ cardinalis sub titulo sancti angeli.  
Cardo) nam cardinales a cardine dicuntur. Compegi)  
congregauit. Natate) in aqua mergi.

Pythagoras.

Samius) ex famo urbe atq; insula ionix. quia etiam a-  
lia est famos thracix. Phliunta) phlius. untis. urbs est sis-  
cionix in achaia. unde possessiuum phliasius a. um. Io-  
nii) ex ionia. unde fuit thales nam miletus oppidum in  
ionia est. Delphos) oppidum ad radices montis parna-  
si. ubi apollo dabat responsa. Tripus) mensa erat tribus  
pedibus fulta apollini sacra. Addico) adiudico. Del-  
phus) ubi tēplum apollinis celeberrimum fuit. Olym-  
piada) apud pisam elidis i loco qui olympia dicebatur  
celebrabantur ludi quarto quoq; anno. græci autem tē-  
pora supputabant a prima olympiade: in qua chorebus  
elienfis fuit uictor. christus autem natus est eusebio au-

ctore olympiade centesima nonagesima tertia.

Thales.

Milesius)ex phœnice fuit thales: sed inde exul ciuis mi-  
leti ascriptus est. Mater)cleobulina. Acta)præterita.  
Quod uir)quia in specie humana uir foemina præstan-  
tior est. Homo)quia in genere animalium homo excel-  
lit. Stirps græca)græcus. quia græci reliquas nationes  
studio sapientiæ superât. Lætus erat)laertius fortunæ  
gratias agebat scripsit. Materiam)materiale principiū  
ex primo methaphysicorum. Deum)quem posuit cau-  
sam efficientem. Mundus).i.coelum. nam proprie hoc  
significat. Sibi)in habitationē suam. quia coelum habi-  
taculum dei est consensu omnium nationū auctore ari-  
sto. in primo de coelo. Maxima)ex quarto physicorum.  
cum locus sit ultima superficies corporis ambientis. Ve-  
locissima)Cicero. pri. thus. nulla celeritas ē quæ possit  
cum celeritate mentis contendere. Vis)uiolenta necessi-  
tas. quæ ut uulgo dicitur non habet legem. Sapiens tem-  
pus).i. homines in tempore figurate. Cūcta inueniat)  
primo ethicorū. tempus est repertor horum adiutorq;  
probus. parui referre).i. non multum distare. Sensus)  
.i. anima in qua est uis sentiendi. Quia nil distat).i. q;  
non est melior q̄ uita sed æqualis. Alma)dicitur dies ab  
alendo quemadmodum nox a nocendo. Vna nox)con-  
sentit litteris sacris in quibus scribitur tenebras præces-  
sisse lucis creationem. Vna autem dixit pro prima. quē  
admodum illud gen. primo. factum est uespere & mane  
dies unus: quāquā nostri in eo laborant cur dixit unus  
& non primus. Cum meditatur)scilicet peccare. quia

deum nihil latet. Deprenso in mœcha. i. cum adultera  
An peieret periuriū admittat. Gnote se auton quod  
interpretatur cognosce te ipsum. Iuuenalis. e cœlo descē  
dit gnote se auton. hanc sententiam Plinius soloni tri-  
buit libro septimo. na. his. Pericula aliena id est cum ex  
aliis exempla capimus. Quæsitis id est quæ optabas. Li-  
bens. i. libenter. Sicca morte id est incruenta. Iuena-  
lis. ad generum cereris sine cæde & uulnere pauci descen-  
dunt reges & sicca morte tyrāni. Fortunæ ictus id est ad-  
uersitates. Peiore loco deteriorē fortunæ condicione.  
Insectamur in aliis reprehēdimus. Qui corpore sanus  
quod naturæ bonum est. fortuna locuples: quia diui-  
tiæ bona sunt fortunæ. qui bonus quantum ad appeti-  
tum. sapiens quātum ad rationem. Absentis quia ami-  
cicias plærumq; silētium dirimit. auctore Aristotele in  
ethicis. Fucis medicamentis faciei quod mulieres faci-  
unt. Virtus moralis quæ frenat appetitum. ars quæ in-  
stituit intellectum. Habeo annos sic uulgo loquimur  
cum reuera nihil minus habeamus quam annos quos  
uiximus.

### Solon.

Salamina urbis & insulæ nomē. declinatq; salamis uel  
salamin. pisistrati qui atheniensium tyrannus fuit. Cy-  
prus insula contra ciliciam obiecta. Cræsus rex lydo-  
rum ditissimus. Dies ultima id est mors. hinc Aristote-  
les p̄mo ethico. sed iuxta solonē expectare finē oportet.  
& Qui. iii. meta. sed. s. ultima semp expectāda dies ho-  
mini ē. diciq; btús ante obitū nemo supremaq; funera

debet. Ostro & auro) purpura auro intertexta. Merops  
apiastra auis uulgo abeiuruco. Decies septem) septuagī  
ta. quod illi conuenit psolmographi. & si in potentati  
bus octoginta amplius labor & dolor. Pastus) cibatus  
Verfuram) dilapidationem. Accusatori) quia quilibet  
potest eum accusare rei male administratæ. Nequicia)  
proprie libidine. Famosus) ifamis. tribunali) a iudicio  
Simulachra).i. similitudines. quia corrumpunt bonos  
mores confabulationes pessimæ. Esse ducem non natu  
ra sed uiolenter. Scita) leges & decreta. unde plebiscita.  
Confectore) interfectore. Ius humanum) apostrophat  
ad leges. Aequa).i. æqualiter nomen pro aduerbio. Sas  
tiem) quia faciunt homines fastidiosos & insolētes. Le  
ges) scriptas. Iudicium) executionem legum. non incon  
sulto) sed longa deliberatione. Suauissima) facilia. Ani  
mus).i. altera pars animi hoc est ratio. Fortuna) quia  
nihil fortunæ cōmittendum est si fieri potest. Congre  
diare) communices. Nil nimis) quod a terētio & socra  
te postea usurpatum est. Ne forte) hoc tetrastichum tri  
metrum iambicum est. quod ideo ad rationem elegi nō  
reduximus quod ab ipso solone senario uersu græce cō  
positū est. Lingua duplex) subdola. Virgilius libro.iiii  
tyriosq; bilingues. Atra) nigra hoc est mala sicut candi  
da dicuntur bona.

#### Chilo.

Ephorus) duplices erant magistratus apud lacedemoni  
os duo reges & duo ephori: quemadmodum apud ro  
manos duo consules & quattuor tribuni. & quemadmo  
dum tribuni plebis oppositi erant cōtra senatum ad in

iurias in plebem temperandas: sic ephori contra reges a  
pud lacedemonios. Pisæ) oppidum achaiæ ubi quarto  
quoq; anno ludi olympici fiebāt. Tribunus) idest epho  
rus ut exponamus per græcum latinum. Fastus) super  
biam. Ego tuli) & sic per patientiam ad hunc magistra  
tum perueni. Aesopo) fabulatori ex phrygia. cuius apo  
logi circumferuntur. Mites) humiles. Superba) .i. sup  
bos. Spe meliore) quia fidunt solis animi bonis. Para  
re otia) idest disponere quod lōge difficilius est q̄ nego  
tia. Plectoria) plectra. p̄sius pictæ plectoria linguæ. sūt  
qui legant tectoria sed frustra. Intentare minas) minas  
ri. Foelicitate) ex uoto. Libitina) idest mors per metony  
miam. nam apud templū ueneris libitinæ funeralia uen  
debantur ut auctor est plutarchus in pblematis. Cas  
tus) sapiens unde catones dicti. Lucellum) paruum lus  
trum. Arridere) adulari. Tumor) idest superbia. Fortis  
mansuetus) hæ duæ uirtutes ī parte animi irascibili sūt  
per quas familia est castiganda. Exuperanda) uincenda  
Sensus) cogitationes. Lingua interprete) idest internū  
cia. Vaticinantis) uaticinium fit instinctu. diuinitio ar  
te etiam fieri potest. Nec festinādum) Aristoteles in ethi  
cis de magnanimo. motus eius tardus est. uox grauis. lo  
cutio firma. non enim properat qui paucis intendit. ne  
q; uehemens est qui nihil magnum putat. Manus) quia  
membra debent obtemperare rationi. Iam promulga  
tis) quia prius uigorem non habent. Amanda quies)  
Cicero primo officiorum. ea uelle in republica quæ trā  
quilla sunt: talem bonum ciuem & sentire & dicere sole  
mus. Cotes lydiæ) lapis ille qui & index dicit qđ eo gra

aus auri indicat uulgo el toque. Spolio) q̄ fideiussores  
uix possunt detrimēta fugere. Litigat & debet).i.ḡ i li-  
te & ære alieno est. Pittacus.

Lesbos) insula cōtra troada distās a p̄xima cōtinēti. vii.  
milia. d. passus. habuit quinque oppida: inter quæ miti-  
lenen. Profligauit) sup̄pauit. Certaret) inter lesbios & a-  
theniēses. Callimachus) poeta græcus in epigrāmte ad  
dionē. Tela) senilia: q̄ illa sūt arma senū. Quis p̄ q̄bus.  
Turbo) la peonza. Ebrius) hæc lex pittaci fuit aristotes-  
le. ii. politicorū. auctore. Coesus) de quo i solone dictū  
ē. Auctus) p̄rimonio qd̄ sibi obtigit morte fratris. Vir-  
tutis) q̄ uirtus & ars circa difficile uersantur. Iussit).i. li-  
bitū sit. Et qui priuatus) hæc aristoteles biāti dat. Vita  
beata) quæ ex omni genere bonorū cumulata est. Sāgui-  
ne).i. incruenta sunt. Virum frugi) quia difficile est bo-  
nū uirum existere. Gratificū).i. uile & preciosū. Dea cæ-  
ca).i. fortuna. Casus).i. picula. Tristia).i. aduersa. Leuis  
) .i. incōstās. Aerūnas) calamitates. Querella).i. calami-  
tas de qua tu similiter cōqueraris. Depositū) aristo. pro-  
blēma est. Bonæ frugi) modestus. sic enī ātīqui dicebāt  
ut crebro apud plautū legimus. nā datiuus est ut ait pri-  
scianus cū oibus generibus & utroq̄ numero adiūctus  
Nosse tempora) secundū illud ecclesiastes. iii. Oia tem-  
pus habent: & quæ sequūt. Bias.

Prienne) urbs asiatica. Egit causas) fuit aduocatus. Di-  
cendi) cū cām peiorasset. Secundū eū).i. p̄ eo & ut uul-  
go dicit̄ in fauorē illius. Animā efflauit) expirauit. Affa-  
bil) amicus ea amicitia quæ est ad oēs: q̄ facilitas appel-  
lat̄. Est ualidū) cōparat uires corporis que sūt naturæ uiri

bus animi, & utræ magis reip. p̄sint dicit. Ne mireris  
 cū admiratiōe laudes. Fortunā q̄ cæca ē: & plærūq; idi  
 gnis largit̄. Nec amaueris .i. optes & cupias. Alterius  
 sile ē illi thaletis. picula cū nos aliena mouēt. Rerū mo  
 tus mutationē i deteriorē fortunā. Impia male de deo  
 sentiēs. Sedato sereno & sine ulla pturbatiōe. Velifica  
 re nauigare. Diuū p̄ diuorū. Pietas religio. quocūq;  
 mō nā lucrū dulce est undecūq;. Iuue. unde habeas q̄rit  
 nemo: sed oportet h̄re. & illud uespasiani. bonus ē odor  
 ex re q̄libet. Nimis & parū declamatio ex cōtrariis sed  
 pacute dictū ut si domū ædifices ita debes p̄perare ac si  
 breui sis uicturus ita firmiter ædificare ac si diu sis uictu  
 rus. Sic & amādus snia uera & si nimis auide refellit a  
 cicerōe i libro de amicicia. Cūctāter .i. cū mora. Arripi  
 es .i. celeriter facies. Vt sūt nihil de deo existimās qd̄ i  
 naturā diuinā cadere nō possit: sed illa tātū q̄ de deo bñ  
 sētiētes scripserūt. q̄ sit diues q̄ p̄pter bōa fortunæ ne  
 mo laudari debet: sicut nec p̄pter ifortunia uitupari. uio  
 lēs .i. uiolēter. sed suadēdo. uiatica expēsas itineris. Ca  
 nis senectuti. ex p̄sio sūptū est. Patria priēne. ex cice  
 rone i paradoxis. oia porto mea ex snia stoicorū q̄ sola  
 animi bōa in genere bonorū numerāt. quæ putat q̄ ut  
 diximus uirtus & ars circa difficile uersāt. Cleobul<sup>9</sup>  
 Lyndus oppidū fuit unū ex tribus i sulæ rhodi. carix  
 regio asix i cōtinēti cōtra rhodum positæ. ænigmata  
 uulgo ques cosa & cosa. Est unus genitor hoc ænigma  
 elegāter poetā n̄r exp̄ssit. Dezid me caudillo & luz de di  
 scretos qual es el padre señor si se suena q̄ ha delos hios  
 cōplida dozena de cada hio ha trenta nietos &c.

Copia uerborum) quod fit in iuuenibus. tempus quia  
quo magis sapimus minus loquimur. Locanda) id est  
uiro tradenda. ut plautus filiam habeo illocabilem. Of-  
ficio) ac si dicat semper benefaciendum est amico ut sit a-  
micior. inimico ut sit amicus. Demeruisse) id est meritis  
obligasse. Ouidius. crimine te potui demeruisse meo.  
Egressure) cum egressurus es. Voluta) cogita. Rettule-  
ris pedem) redieris domum. Recēse) reputa. Moles cor-  
poris) id est corpus graue quod impedimēto potius est  
animæ q̄ utilitati. Multa mercede) id est multo labore.  
id quod sequitur p̄ eo quod p̄cedit. ex uirgilio. ii. geor.  
Sine delectu) id est electioni. Agenda) id est tractanda.  
Sine teste).i. alio presente. Hilarem) non omnino ebri-  
um. Seruorum) Aristoteles in æconomicis merces ser-  
uorum cibus. Dispar) inæqualis ut supra in pittaco di-  
ximus Affines) uxoris tuæ p̄pinquos qui te cogent uxo-  
ri tuæ inseruire. Fortunæ motus) iniurias.

Periander.

Corinthiorum) corinthus urbs fuit ī isthmo pelopon-  
nessi. Dñationē).i. tyrānidē. nā dñs proprie tyrānus est.  
Satellitio).i. satellitibus. sunt autem satellites qui arma-  
ti aliquem tutelæ gratia stipant. Ambraciotam) ab am-  
bracia epiri oppido. Armatus miles) satelles. Quies) ui-  
ta trāquilla. Temeraria uita) qualis est eorum qui rebus  
fortunæ subiectis intēdūt. Obuia).i. exposita & subdi-  
ta. Domini) tyrāni. Honores) qui sunt uirtutis præmi-  
um. Nare) fluitare. sed nō enatant in portum. Prodere)  
manifestare.

Anacharsis.



Patrias legēs) obliterando illas & introducēdo græcas  
Achiuos. i. græcos. Artis inops) ignarus Athletas) pu-  
giles. Deū) deorū. i. tribuit illis diuinos honores. Tur-  
pes motus) quales sūt ebriorū. Abstemiū) agudo ab  
abstinentia temeti. i. uini. Sine labe) integra. Attice) hic  
enim atheniensis erat qui anacharsi patriæ ignobilitatē  
obiiciebat. Mison.

Chenæus) a patria. Protagora) liber platonis in quo in-  
troducti ptogoras disputans. Pro periádro) loco periás-  
dri. Ofor) mison enī sic interpretat. Stiuā) aratri capulū  
Munus) officiū unde immunis sine officio.

Pherecides.

Primus) hieronymus ad ruffinū huius inuēti auctore  
ponit pythagorā. phthiriasis hoc morbo sylla quoq; di-  
ctator atq; herodes sub quo natus est xps miserabiliter  
& digne perierunt. phthir. græce latine pediculus.

Anaxymander.

Cælestē spherā) plini fides hoc in loco uacillat. nā i. ii. li-  
bro atlāti hoc tribuit in septimo anaxymádro. Orbicū-  
lata) globosa. Lápada) phœbi. i. lucē solis. Radio) uir-  
gula qua utuntur mathematici ad demōstrationē. Virgili-  
us descripsit radio totū qui gētibus orbē. Gnomō) ho-  
rologiū sciotericū. i. umbratile: uel q̄lis est quē astrologi  
uocāt quadratē. Vasa horoscopa) qualia sūt ex arena ul'  
ex aqua quas uocāt clepsydras. Tropicos) cancri & capri-  
corni. Trásuerfa). i. obliqua. Vir. i. geor. obliquus qua  
se signorū uerteret ordo. Anaxagoros.

Clazomenius) a clazomenis oppido asiæ. Lápsacū) ur-  
bem hellespōti. Syluā). i. hylen hoc est materiā primam

& mētē. i. itellēctū segregatē ut dicit aristo. Hinc ) ex cæ  
lo unde aīa originē habet. priuatus ) exul. Cecropidæ ) a  
theniēses. Dānatus ) ad mortē sed mors ī exiliū cōmuta  
ta ē. Cernā ) cōtēpler. Lāpfacios ) alāpfacō urbe ubi exu  
labat. Mausoli regis cariæ cui arthemisia uxor sepulcrū  
extruxit a quo cætera mausolea dicta sūt. Aequū ) hanc  
diogeni cicero tribuit p̄mo thusculanarū Archelaus  
De natura ) physicā. In ethice ) .i. morali philosophia. A  
iusto ) ordo ē. archelaus putat legē secernere iniustū a ius  
sto & turpia ab honestis nō aut naturā hoc facere. Prin  
cipiū ) genitale. i. generationis. Socrates

Alopecēsis ) alopex uulpes itēp̄tañ quo noīe fuit uicus ī  
attica socratis p̄ria. Cherophō ) discipulus socratis. uene  
no ) ex cicuta. disputasset ) quā disputationē plato ī phe  
done digessit. Xātippes ) uxoris suæ. scaphiū ) uas urma  
riū. Abalto ) a fenestra. auctor ) spōsor. Ille tonitrus ) illi  
clamores. Tā patiēs ) subaudi eēt. Morosā ) difficilē & ī  
tractabilē. Trochlea ) hispane el carrillo o polea. obcallu  
it ) .i. obsurduit. hoc ē callū fecit. Pignora ) .i. filios. calci  
tro ) q̄ calces dat. q̄ calcitrosus dicit̄. Mirāti ) illius patiēti  
am. petisset ) percussisset. tuber ) turgida & īflata ad modū  
tuberis. Cuius ) imago more pictorū. renidēti ) subridē  
ti. Galeatus ) .i. galea munitus. Serus ) serotino tpe. Cō  
dimēta ) salsamēta. Cuiatē ) ex q̄ p̄ria. Mūdanus. i. ciuis  
mūdi. Areā ) domus ædificādæ solū. Vera uoluptas ) .i.  
natural' & nō corrupta opiniōe. Honesto ) .i. honestati  
.i. bōis animi. Causa mali. q̄ mlti ob diuitias periere. p̄  
ethi. antisthenis ) p̄ceptoris sui. Matre thraicia ) q̄si igno  
bili. & nō atheniēsi. Fidibus ) .i. ī lyra. principiū facti ) q̄  
ut ait aristo. p̄ncipiū ē plusq̄ dimidiū rei. Nihil scio ) hic

academicorū secta orta ē. ꝑꝛocia ꝑ. i. āte tēpus. Magno ꝑꝛ  
cio. Nil nimis ꝑ hoc usurpatū ē ex solone. Poena ꝑ. i. ꝑœ  
nitētia. Scabro. i. rudi & idolato. Lapidum similꝑ ꝑ igno  
rantia. Me dedo ꝑ nā dedere ꝑ ꝑꝛie ē seipm dare. Maxima  
bona ꝑꝑ plus ē seipm q̄ bōa dare. Phthia ꝑ locus ē thessa  
liæ. qdā ꝑ ille genius suus erat. soles ꝑ. i. dies Xenophō  
Archæo ꝑ ab archia uico attico. Reddit sacrū ꝑ. i. sacrum  
anniuersariū facit. Grylli sui ꝑ subaudi filii: quo noīe pa  
ter fuit. Mortalē ꝑ ab anaxagora sūpsit. Aristippus.  
Chlamidē ꝑ. i. uestē impatoriā. pānū ꝑ uestē medicorū. ac  
si dicat ad utrāqꝑ fortunā ꝑatus es ꝑferēdā. cynicus ꝑ dio  
genes phūs; de quo infra. tractaret ꝑ lauaret forte lactu  
cas aut brasicas. Sordidior cibus ꝑ q̄li ego utor. Tergeret  
ora ꝑ ut Hora. quā gallina tergere palatū. Drachinis ꝑ q̄ si  
adare me ē drachma. Vnius assis ꝑ. i. tāti ego facio cētum  
drachmas q̄nti tu unū assē. uector. q̄ i eadē nauī uehebat  
ꝑ nebulone ꝑ. i. hoīe nihili. tyrāni ꝑ dionysii. duas ꝑ iuno  
nē & pallada cū ꝑ uenere i cōtētiōe de pulcritudine iudi  
casset. gobius ꝑ piscis ē q̄ a Iuuenale gobio dicit. Saltare  
ꝑ. i. tripudiū facere. festis bacchi ubi turpia exercēt. exter  
nis bonis ꝑ. i. bōis fortunæ q̄ sūt extra nos. si erat liber ꝑ  
libertate animi. itaqꝑ æquoce de libertate loq̄t aīæ & cor  
poris. asarota ꝑ. i. arte museaca depicta. hoc. n. significat  
uermiculata. Phrygis ꝑ hic dionysii uillicus erat. Ille lo  
cus ꝑ. i. facies illius. Preceptor ꝑ socrates. Pauca unde tibi  
ꝑ scilicet a philosophia que docet nos contemnere diuiti  
as easdemqꝑ posse quærere. Mittis ad ignotos ꝑ idest si  
mittis Iuuenalis. græculus esuriens ad cœlū iusseris ibit  
ꝑ. i. si iusseris. Veteri centone ꝑ Iuuenalis. Intrauit calidū  
ueteri cētone lupanar, est aut cento pannus ex uariis se

gumentis cōsutus: quo meretrices cū prostabāt pro uelo  
ianuæ utebant. Iuuenē q̄ illū comitabāt. Noīa Dex mar  
tiale intraſti quotiēs inſcriptæ noīa cellæ, meretrices. n.  
noīa cellis ſuis inſcribebāt. Iuuenalis, titulū mentita ly  
ciſciæ, Paleſtræ, i. luctæ, Nitidæ oleo perunctæ. Vergi.  
in. iii. exercent nitidas oleo labente paleſtras. Pro nobis  
pro defenſione nra. Vt ſit uera quia cum ſim bonus  
per philoſophiā: uere laudaſti me in oratiōe tua. Rheto  
ra oratorē, Saxeus, i. nō ſedebit lapis ſuper lapidē. Du  
os, ſ. ſeruos quē emes & filiū, Illa mihi eſt, i. ego illā  
habeo. Pituita quæ græce phlegma. Virgo integra.  
Mulier corrupta, Iuſſus a tyranno dionyſio. Chryſen  
deta uafa aurea. Antifthenes.

Patre gētili, i. cognoīe, nā gētiles dicūt qui eodē ſūt ap  
pellati noīe auctor eſt cicero in topicis. Ciorgia orato  
rē, Leontinū, a leōtio urbe ſiciliæ. Cū ſica, i. cū gladio  
Indigena, i. atheniēſis. Cochlea que nō mutat domi  
ciliū ſed i eodē loco uerſa. Luctator & reuera fuit. Gra  
phio, ſtylo ferreo. Rudē i quo nihil eſſet impreſſū ab  
alio præceptore. Argētea uirga qua utebaſ. Paruo ære  
.i. pecunia. Prototypū quod uocat originale. Scabra  
aſpera. Nullū diſcrimen, i. differētia inter bonos & ma  
los. Illa uiatica, ſ. uirtutes. Diogenes.

Pāno duplici, i. abolla, ut Seruius in illud. iiii. æn. du  
plicē ex humeris reiecit amictū. Horatius cōtra quē du  
plici pāno patiētia uelat. Sparta lacedemō, ubi tātū pue  
rorū cura pulice agebaſ. biformes, i. duplices. ulyſſis q̄  
taſ ab homero iduciſ q̄l a uirgilio æneas Mathematicos  
aſtologos, Venit uenūdaſ. Māgo fuorū uenalicus

Martialis, milia pro puero centum me mango poposcit  
Crepitu) sonitu. Persius, pulsa dignoscere cautus quid  
solidū crepet. Peregrinū) is xeniades appellabatur: qui  
illū emit atq; pædagogū filiis suis dedit. In medio) .i.  
in loco publico. Purgamenta) .i. fecem hominū, ut Lu-  
canus dixit romam mundi fece repletam. In stadio) i lu-  
dis olympicis ubi auctore gelio stadium erat quod her-  
cules suis pedibus metatus est. Digitū qui medius) .i. i-  
famem: quem antiqui prætendebant in obprobriū ali-  
cuius. Martialis, & medium porrigito digitum. Iuena-  
lis, mediumq; ostenderet unguem. Tessera frumēti) .q.  
d. modius. Cotylæ) poculi quo bibimus. i. taza. Vilius  
) .i. minori sumptu. Eodem studio) quo superius coty-  
lā. Megaris) oppidum atticæ. Pecudis uillofæ) .i. ouis.  
Præstantior) .i. melius. Apricanti) .i. soli exposito. Ob-  
sisteret) .i. se opponeret. Ille canis) .i. cynicus. Parasitō)  
quia parasiti mensis diuitum astant. Plena iouis) .i. dei  
Philippo) rege patre alexandri. Callisthenis) amici ale-  
xandri. Excipiatur) .f. colaphus. Vanus es) .i. frustra id  
facis. Rabulas) leguleos sic in cōtemptū illos cicero ap-  
pellat. Iam furatur) quia scit ut ipsi dicunt plures caute-  
las & ille alter nescit. Falso) quia ut diximus cum patre  
falsario fugit ex patria. Myndi) oppidum ciliciæ. Ama-  
ribus) .i. lacedæmoniis qui uiri fortes fuerunt. ad foemi-  
nas. i. athenenses qui effœminati. Magis canes) q; canū  
est spectare prandentes. Inscriptisset) quasi titulum po-  
suisset. Qua) .i. qua parte. Ta cœnaphilon) .i. amicorū  
cōia. Cauillāti) .i. argumentāti. Premo) .i. teneo aut in-  
uenio. Puluinar) .i. stratum puluinis plenum, quod ni-

mixæ superbix erat stratum parari alicui. Sacrum facerent  
.i. sacrificarent. Edunt comedunt. persius. poscis opem  
neruis corpusq; fidele senectæ: esto age sed grandes pa-  
tinæ tucetaq; crassa annuere his superi uetere. Monstra  
maris). i. monstrosa pericula. Preciosa. i. magno pericu-  
lo constanti. Rem cõem) rempublicam. De lana capri-  
na). i. de re parui precii. & est horatianum. Affectus). i.  
animi perturbationes siue ut uulgus appellat passiones  
Fiducia fortem). i. spes qua boni uiri & sapientes fidunt  
superet fortunam. Naturæ). i. naturali inclinationi. Ve-  
lamen) operimentum: quoniã putant se diuitiis posse  
tegere uitia. Lentos) flexibiles. Ad scopon) ad signum  
quo sagittæ diriguntur. Ne feriamur) quia nihil erat tu-  
tius cum ille malus esse sagittator. Mendicat in aurem)  
.i. alia ratione quã ego. quia ego palam: ille secreto. So-  
brietatem) modestiam. Vitietur) corrumpatur. Si præde-  
re) arguebatur enim quod publice pranderet ille aut tali  
syllogismo utebatur quo reprehensionem fugeret. Ex  
ebore). i. ex uagina eburnea. Capulus) ab ea parte qua il-  
lum cepisti. s. stupri causa. nam capulus a capiendo dici-  
tur. Perfricto) perfricato. ac si diceret se nullam uolupta-  
tem percipere ex cibo. sed si posset famẽ uentre perfricato  
excludere libentius faceret q̃ comedere. Omnes ad casus  
) .i. ad utramq; fortunã. Secessus) cloacas foricas & las-  
trinas. Meis monitis). i. me preceptore.

Mendæ in dictis philosophorum.

In thalete cleobulin pro cleobulina, In chilone moni-  
tus pro monitis, In pittaco eortis pro fortis.  
In socrate dies pro soles, In aristippo expaluisse pro  
extimuisse, In diogene cunctumq; pro cunq; & ibi-  
dem munismata pro numismata, In platone foelices  
pro beatos.

Augusti cæsaris scommata.

Audiit herodes solymis dum regna teneret  
Iudææ natum milibus esse ducem.

Atq; timens regno puerorum multa necauit.

Milia: quos inter filius huius erat.

Cumq; octavius hæc audisset: tutius ergo  
Sus ait herodis: quam soboles fuero.

Idem.

Miles promissum munus flagitabat ab illo

Enumerans causas & benefacta sua:

Dumq; illi faciem turpatam uulnere monstrat:

Atq; cicatrices imputat: ille refert

Si tibi contigerit post hac pugnare: caueto

Respicias: hostis cum fugiendus erit.

Idem.

Culcitra uenibat cuiusdam forte sub hasta:

Scilicet ut precium creditor inde ferat.

Viderat augustus cæsar male falsus: & illam

Iussit emi dicens experiamur ait

An deceptori potuit quæ culcitra somnos:

Sollicito possit conciliare mihi,

Iulix augusti filix scommata.

Quærenti cum sis o iulia mœcha marito

Tam similes natos cur generaris? ait

An quia uectorem nunq̃ nisi naue repleta

Mercibus admisi: sic ego casta probor.

Eadem.

Scitanti cur non aliarum exempla timeret

In quarum pœnas coniugis ira ruit:

An quia respondit perit una atq; altera nauis

Idcirco reliquas uelificare neges?









